



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Evangelivm Vnicvm Domini Nostri Iesv Christi

Riccioli, Giovanni Battista

Bononiae, 1667

Meditationes III. ad nomen Iesu, & Societatem sub hoc nomine militantem,
spectantes, pro diebus 2. 3. & 4. Ianuarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70945](#)

HISTORIÆ EVANG. 67

à qua liberati sunt Gentiles in Christum
credentes.

III. Nam ad Romanos 15. dicitur. Dico enim Christum IESVM ministrum fuisse Circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit; lætamini Gentes cum plebe eius; & iterum, Laudate omnes Gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaías ait: Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt.

MEDITATIO XXXII.

Pro prima die Ianuarij,

Ex Luce 2. num. 21.

I. **E**t postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: Vocatum est nomen eius IESVS, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.

N O T A.

Supponenda est hoc loco Lex Circumcisio-
nis imposta Abrahamo, & posteris eius, de
qua

68 PRIMA PARS

qua Genesis 17. sic; Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum foederis inter me, & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis, &c. Masculus, cuius præputij caro circumcisus non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.

MEDITATIO XXXIII.

Pro die 2. Ianuarij.

Ex Cap. 2. ad Philippenses à n. 5. ad 12.

I. **A**postolus commendans humilitatem ad imitationem Christi, qui humiliando se meruit nomen IESV, ait. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo IESV: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo.

II. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod, & Deus exaltavit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.

III. Ut in nomine IESV omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernum, & omnis lingua confiteatur, qui à

X vo-
detis
im-
octo
. Ma-
tis-
opu-
fecit.
III.
d 12.
atem
umi-
Hoc
risto
non
dem
nam
omi-
ho-
Etus
au-
xal-
uod
en-
in-
cur,
à

qui à Dominus IESVS Christus in gloria
est Dei Patris.

N O T A.

Non rapinam, quoiquot enim Diuinitatem sibi arrogarunt, ut Lucifer, & multi alij superbi, siue Reges, siue Imperatores, qui se, ut Deos colli voluerunt, & qualitatem cum Deo, violenta usurpatione, quasi per rapinam arripuerunt; non sic autem Verbum Diuinum, quod natura, non rapina est coniunctuale Deo Patri, eique aequale in natura diuinitate.

M E D I T A T I O XXXIV.

Pro die 3. Ianuarij.

I. Primo considerabimus quanto eminentius in nomine augustissimo IESV contineantur alij tituli, nempe Ductoris, seu Pastoris, in quo Saluator noster excellentior, & fortior fuit quam Iesus, seu Iosue filius Naue; & Sacerdotis magni, in quo longe sanctior fuit, quam Iesus filius Iosedech dictus à Zacharia propheta, Sacerdos magnus; & Doctoris in quo fuit multò sapientior, quam Iesus filius Sirach, author Ecclesiastici.

II. Deinde considerabimus nullum nomen potuisse Messiae imponi, quod esset ipsi glorioius, & excellentius; & at-

tri-

70 PRIMA PARS

tributorum diuinorum magis manifestium, quām nomen IESV, nec diuina bonitas excellentiori modo sui diffusua esse potuit, quām saluādo opus manuum suarum, quod inuidia diaboli gloriam diuinam affectantis, perierat; & hoc, ipso met nomine profiteri. Ideoq; qui ad salutem suam hoc nomen inuocant; peculiari, ac potissimo modo glorificant Deū, iuxta illud Isaiae 43. (*Omnem, qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauit eum.*)

III. Sed neque aliud nomen potuit ipsi imponi, quod esset nobis utilius, & validius ad erigendam spem nostram. (*Nec enim aliud nomen est sub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*) ut dicitur Actorum 4. Et ideo ob effusionem misericordiæ, quam nomen hoc significat dictum est Canticorum 1. (*Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentula dilexerunt te.*)

MEDITATIO XXXV.

Pro die 4. Ianuarij.

*De singulari fauore Diuinae Maiestatis
in instituenda Societate nostra sub
intela, & titulo Nominis*

I E S V.

I. **P**rimo sicut quilibet de Societate
haec potest cum Abacuc dicere:
(Ego

HISTORIÆ EVANG. 71

(Ego autem in Domino gaudebo ; & exultabo
in Deo Iesu meo) nempe ob multa Charis-
mata , quæ diuina munificentia dignata
est elargiri huic minimæ Societati , ita-
par est cum intimo cordis affectu gratias
eidem incessanter agere , & imitari S.
Ignatium Patrem nostrum , pro nobis
idem præstantem , ac veluti usurpantem
verba illa Apostoli 1. ad Corinthios 1.
(Gratias ago Deo meo semper pro vobis in
gratia Dei , qua data est vobis in Christo Ie-
su , quod in omnibus diuites facti estis in illo
in omni verbo , & in omni scientia : sicut te-
stimonium Christi confirmatum est in vobis :
itâ ut nihil vobis desit in illa gratia) & post
pauca (Fidelis Deus per quem vocati estis
in Societatem Filij eius .

II. Secundo considerandum est , quod
sicut militantes sub hoc nomine , debent
concipere ingentem fiduciam vincendi
omnes difficultates , & aduersarios glo-
riæ Dei , ac dicere cum psalmo 43. (*In te
inimicos nostros ventilabimus cornu , & in no-
mine tuo spernemus insurgentes in nobis*) itâ
cum eodem debemus virtuti huius no-
minis acceptum referre quidquid boni in
hac , & ab hac Societate in Ecclesiæ uti-
litatem emanarit , & illud Psalmi 19. ca-
nere : *Latabimus in salutari tuo , & in no-
mine Dei nostri magnificabimus.* Et Ps 113.
*Non nobis Domine non nobis , sed nomini tuo
da gloriam .*

III. Tandem disquirendum est , quæ ,
&

festa.
iuina
us sua
uum
m d.
iplo.
ad sa.
œcu.
Deū,
uocat
um.)
otuit
is , &
m.
atum
ri) vt
nem
nifi.
effu.
lens
XV.
atis
are
:

MEDITATIO XXXVI.

Pro die 5. Januarij.

Seu Vigilia Epiphanie.

Ex Matthaei 2. à num. 1. ad 9.

I. **C**um ergo natus esset Iesus in Bethleem Iuda, in diebus Herodis Regis: Ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? Vidi mus enim Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

II. Audiens autem Rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo, & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nascetur? At illi dixerunt ei: in Bethleem Iudæ; sic enim scriptum est per Prophetam: & tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exierit dux, qui regat populum meum Israel.

III. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus Stellæ, quæ apparuit eis: & mittens eos in Bethleem dixit: Ite, & interrogate diligenter de puerō, & cum inueniri-

tis